



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Zoili Cordubensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

MARTYRIUM S. SOTLI CORDVBENSIS, vt habetur in Lucij Marinei seculi Regij historiographi, de rebus Hispanie lib. 5. Passus est temp. Diocletiani & Maximiani.

27. Iunij. Parentes & patria eius.

**B**eatissimus martyr Zoilus Cordubæ claris ortus natalibus ab infantia Christianæ pietatis disciplinis imbutus, cum adolescens publice Christum confiteretur, à paganis arreptus Iudicis cuiusdam tribunali oblatu est: atque ab ipso ad dæmonum culturam cum minis tum promissis diu multumque exhortatus. Qui cum minas pariter & promissa constanti animo despiceret, clam abductus in præfatæ vrbis cœmiterio cum peregrinorum corporibus sepultus est, ne aliquando digna veneratione tanquam martyr à Christianis coleretur. Sed cum Christo donante pax Ecclesiæ reddita esset temporibus Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapitus nomine ex laica in monasticæ vitæ disciplinam concedens tandem ad summum sacerdotium electus est. Is cum mira vitæ austeritate Deo seruiret, meruit secundum quietem beati martyris certamen, & nomen, locumque quo sepultus erat, cognoscere. Mane itaque factò quia nihil de visionis veritate dubitabat, congregatis fratribus & maxima vulgi multitudine, ad ostensum sibi locum sine mora perrexit: effossaque humo sacratissimum martyris corpus integrum inuenit, quod præ amoris magnitudine osculis demulcere cœpit, indignum se reputans, vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias. Accidit autem, vt crebrius osculando, subito primoribus dentibus priuaretur: quos ab ore excidentes, in sarcophagum, vbi vultu facti

Sepultura eius inter peregrinos.

Agapitus episcopus Cordubensis.

Inuenit corpus martyris.

far  
aut  
lus  
scu  
ras  
sti  
cata  
  
VI  
E  
a  
xi  
id  
  
M  
ria o  
natur  
confe  
perfec  
gnitio  
medic  
vt ea n  
nitate  
li abieci  
famili  
præstar  
vt vir  
re poter  
Poste  
ram ren  
la inter



sancti corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto  
autem inuentionis obsequio sequenti nocte S. Soy-  
lus per visum ita eum affatus est: Cur me sapius o-  
sculando verberasti? iam pro eis quæ a me poposce-  
ras intercedens à Domino Iesu Christo impetra-  
sti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt pec-  
cata.

VITA S. SAMPSONIS HOSPITVM

*Exceptoris, ex ea, qua est per Metaphrasten. Docet  
autem Baronus nequaquam eum sub Iustiniã vi-  
xisse, quemadmodum in actis eius legitur, Sed mul-  
tò ante tempora Iustiniã vita functum esse.*

vide Baso-  
in notat.  
hoc die.

**M**agnus hic Sampson fama rerum gestarum  
toto orbe celeberrimus Romanis parenti-  
bus & generis dignitate & diuitiarum glo-  
ria ortus est præstantissimis. Cum autem insita  
naturæ generositate ardua quæque summo studio  
consectanda sibi proponeret, animum imprimis ad  
perfectam diuinarum humanarumque rerum co-  
gnitionem applicuit: deinde pari diligentia artem  
medicinæ consecutus est, non tam ad quæstû, quam  
ut ea morbidis & calamitosi, pro insita sibi huma-  
nitate, subueniret. Sed cum parentes tam humi-  
li abiectoque officio notam ignominie sibi totique  
familiæ irrogari putarent, eum multis modis à tam  
præstanti charitatis officio impediabant, prorsus  
ve vir sanctus non nisi furtim ijs rebus operam da-  
re poterat.

27. Iunij.  
Patria & pa-  
rentes eius.

Studet me-  
dicinæ.

Postquam verò parentibus e vita sublati libe-  
ram rerum suarum administratione obtinuit, nui-  
la interposita mora, totum se suag; omnia in pau-  
perum

Totum se ad  
pauperes  
subleuan-  
dos cõfert.

Nna 2 perum